



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum  
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Praefatio Avctoris Cvm Imploratione Nvminis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14548**



# A N N A L E S ECCLESIASTICI.



PRÆ-  
TID AV-  
CTORIS  
SYM-  
BOLICA  
TIONE  
RVMIRIS

**R**

Va sv s reuocatur ad opus, & absque intermissione laboris, vix edito tertio Annaliū tomo, quartum suscipimus inchoandum: rursus, inquit, ad susceptum semel onus subeundum, diuino fuiti praesidio, haud tamen inuiti recurtimus, attingentes iam in isdem conscriben-

dis Annalibus numerū voluminum quaternarium, quo & sacra Evangelica historia ceteris eminentior diuino mysterio consecratur, consignata mitifica illa quatuor animalium visione, ex qua alii, qui sacras res gestas conscripturi essent, complura quæ discerent, innuenerunt. Etenim quod eadem animalia plena erant oculis ante & retro, quodque ibant & reuertebantur in similitudinem celsitudinis cornuū, symbolice veluti formulis instruitur (vt sensus omnittamus abstrusiores) oculatam, atque in omnibus circumspēctam tractationem Ecclesiasticarum rerum esse debere, pluribusque oculis cuncta perspicere, antequam conspicienda aliorum oculis exponatur, atque reciproca discussione veritatis fulgore coruscet, fulgoris instar potēs sit aduersarias munitiones, Agiomachotam turres penitus demoliri. At talia tantaque praeslare, haud humanatum virtutum, sed eius solius est facultatis, qui figura in pluuia fecit & qui, inquam, facto olim repente de caelo sono &, dispersitas linguas tanquam ignis pluit super Apostolos; quibus ipsi armati fulminibus dilecerunt cuncta pietati obstantia munimenta, omnia consilia (quod ait Apostolus) omnemque altitudinem destruentes extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentem omnem intellectum in obsequium Christi, verbi Dei pluuia Ecclesiam irrigant. Vt autem tam

b Cant. 6.

b Gen. 1.

a Ez. 1.

b Apoc. 4.

c Ez. 1.

d Ps. 114.

e Ab. 2.

f 2. Cor. 10.

I E S V C H R I S T I  
Annus 361.

LIBERTI PAP. IULIANI IMP.  
Annus 10. Annus 1.

TRECENTESIMVM sexagesimum primum Christi annum, Tauro & Florentio Consulibus, factis adscriptum, prosequimur potius, quam auspicamur inchoatum iam tomo superiori, productamque ad Constantii obitum & Iuliani Imperium: cuius annus gestas, quæ reliquæ sunt, exacto ordine conscribamus. Cum igitur (vt dictum est) Constantius Imperator hoc anno, tertio Nonas Octob. extremum clausisset diem: Flavius Claudius Iulianus cognomento Apostata, Romæ Imperium, iam antea, viuentē adhuc Constantio, fauore militum tyrannice occupatum, solus atque securus obtinuit: illeque in Dacia, vbi cum exercitu morabatur, operiens de Constantii exitu certos nuncios: quos cum accepisset

I  
IULIANUS  
SOLVIT  
PERAT.

Annal. Eckl. Tom. 4.

A per